Wieczorkowski Stanislai: Quaestio theologica de transsubstantione sacramentali.



QVÆSTIO THEOLOGICA

De Transubstantiatione

SACRAMENTALI,

Ex Magistri Sententiarum Lib. IV. Distinct. 8. 10. 11. & 12.

DEPROMPTA.

Explicabitur, atquè disputanda in Alma Academia Cracouiensi,

A

M. STANISLAO WIECZORKOWSKI,

S. Th. Sententiario & Professore, Eccles. Collegiatæ S. FLORIANI CANONICO, Inchoante Lib. IV. Sentent. explanationem.


Anno Dñi. 1651. *Mense Maio, Die* 11. *Horâ* 12. *Alijs porrò diebus Horâ* 18. *continuaturo*

PROPONETVR.

Lectorio DD. Theologorum.

CRACOVIÆ,

Apud Lucam Kupisz S. R. M. Typographum.



Fideliter fatemur ante conſecrationem, panem eſſe & vinum quod natura formauit: poſt conſecrationem verò, Carnem CHRISTI & Sanguinem eſſe, quod benedictio conſecrauit.

S. Auguſtinus in lib. Sentent. proſperi.

QVÆSTIO THEOLOGICA.

V Sanctiſsimi Euchariſtiæ Sacramenti olim Iſraëlitis in manna cœlitùs demiſſo ſpecialiter præfigurati: modò in Sacro Altari ſub ſpeciebus ſenſibilibus panis azymi triticei & vini naturalis de vite, realiter, verè, ac ſubſtantialiter contenti: materia remota per conuerſionem annihiletur, & in vltimo inſtanti prolationis verborum totaliter tranſubſtantietur, necne?

CONCLVSIO I.

Sacramentum Euchariſtiæ omnium Sacramentorum Sanctiſſimum, atque excellentiſſimum eſt,

COROLLARIA.

I. Sacramento Euchariſtiæ cultus latriæ meritò exhibetur.

II. Hoc Sacramentum per ſe primò ad conferendum gratiæ augmentum, inſtitutum fuit.

III. Omnium Sacramentorum & myſteriorum Dei, memoria, epilogus, & conſummatio eſt.

IV. Iſtud myſterium admirabile ratione naturali inueſtigari non poteſt.

V. Euchariſtia ſimul Sacramentum & Sacrificium eſt.

CONCLVSIO II.

Diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum per manna Iſràëlitis cælitùs demiſſum, ſpecialiter præfiguratum fuit.

COROLLARIA.

I. Sacramentum Euchariſtiæ conuenientiſſimè Panis Ange-

Angelorum: Panis supersubstantialis: Panis Heroum, appellatur.

II. Is Panis Eucharisticus gratuitò nobis de cælo datur: & verbo Dei producitur.

III. Omnis saporis suauitatem, quâ Anima nutritur in se continet.

IV. In infinitum manna materiale Hebræorum, excedit.

V. Sacramentum Eucharistiæ, qui sub maiori specie sumit, non plus quàm qui sub minori, accipit.

CONCLVSIO III

In hostia consecrata, Corpus & Sanguis CHRISTI realiter, verè, ac substantialiter, præsens adest.

COROLLARIA.

I. Corpus CHRISTI *sub speciebus Sacramentalibus per solam similitudinem & figuram, non adest.*

II. Perfectum & integrum Corpus CHRISTI, *tàm sub magna, quàm sub qualibet minima parte specierum consecratarum, continetur.*

III. Idem numero Corpus CHRISTI *secundùm propriam substantiam simul in cælo, & in omnibus hostijs hora eadem consecratis, existit.*

 IV. Ali-

IV. Alium tamen modum essendi in cælo, alium in hostia consecrata habet.

V. In Sacramento Altaris CHRISTVS *nec tanquam in loco, nec per modum quantitatiuum, existit.*

CONCLVSIO IV.

Sacramenti Eucharistiæ materia remota, vtpotè solus panis triticeus azymus, & vinum ex vite, per conuersionem, re vera non annihilatur.

COROLLARIA.

I. Istius conuersionis mirabilis à Creatione & Annihilatione plurimùm differentis, & terminus à Quo: & terminus ad Quem, verè positiuus est.

II. Terminus formalis & immediatus actionis conuersiuæ supernaturalis, ipsa substantia Corporis Christi est.

III. In Sacramento Altaris Corpus CHRISTI *per conuersionem ad indiuisibile nequaquam reducitur.*

IV. In eo tamen indiuisibiliter permanet.

V. Sub speciebus Sacramentalibus desinente Corpore Christi, prior substantia panis non reuertitur.

CON-

CONCLVSIO V.

Subſtantia panis & vini per verba conſecrationis, in veram ſubſtantiam Corporis & Sanguinis CHRISTI totaliter in momento tranſubſtantiatur.

COROLLARIA.

I. *Actio conuerſiua, quâ panis in Corpus & vinum in Sanguinem* CHRISTI, *tranſubſtantiatur, omninò ſupernaturalis ſubſtantialis eſt.*

II. *Iſta tranſubſtantiatio, verbis* CHRISTI *Domini:* HOC EST CORPVS MEVM: *Et* HIC EST CALIX SANGVINIS MEI: *à ſolo Sacerdote prolatis, in vltimo inſtanti perficitur*

III. *Verba conſecrationis à Sacerdote in Perſona* CHRISTI *non ſolùm recitatiuè, ſed etiam formaliter proferuntur.*

IV. *Facta tranſubſtantiatione, accidentia eadem numero quæ ante, manentia, à quantitate panis & vini, ſuſtentantur.*

V. *Poſt tranſubſtantiationem aſſeuerare aliquid ſubſtantiæ panis, aut vini remanere, hæreticum eſt.*

Laudetur Sanctiſſimum Sacramentum.

Sub felicibus auſpicijs
Perilluſtris Admodum Rndi & Magnifici Domini,
D. IACOBI GORSKI,
I. V. Doctoris & profeſſoris, Protonotarij
Apoſtolici Eccleſ. Cathedralis Crac:
CANONICI, & Collegiatæ SS. Omnium
Cuſtodis, &c. Vniuerſitatis Crac.
RECTORIS
Vigilantiſſimi.

